



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetii, 1562

Benignitas Dei in quatuor cognoscitur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

CHRISTIANA

quare in te hoc factum sit; nulla
præter gratuitam Saluatoris tui cha-
ritatem, causam inuenire poteris.
Quarto debet cogitare de quantis
periculis & angustiis Deus eum
liberauit, in quæ cadere potuisset.

Augus. Vnde Augustinus. Hæc cogitando
dicebat. De multis nanque pericu-
lis liberauit me liberator meus, de
quibus dulce erit mihi semper lo-
qui, semper cogitare, semper gra-
tias agere. Tertium est conserua-
tionis, quando conuersos in bono
statu conseruat. Vnde David dice-
Psal. 15 bat. Conserua me domine quoniam
sperauit in te, &c.

*Benignitas Dei in quatuor
cognoscitur.*

Primo, quia omnibus dat qui-
uolunt accipere. Vnde legi-
Mat. 5. mus apud Mattheum. Quislo-
lem suum oriri facit super bonos,
& super malos. Et in actibus Apo-
stolicis dicitur. Dat omnibus ui-
tam, & inspirationem. Ideo dice-
Act. 17. bat D. Chrisostomus. Verè miseri-
coris Deus est, qui inimicorum miser-
retur. Secundo, quia rogat alios pe-
tere, sicut dicebat Seruator no-

Chriso-

Mat. 6.

INSTITVTIO. 48

ser. Perite, & accipietis, pulsate
& aperietur uobis. Idcirco diuus
Pater Augustinus humanam redar-
guens segnitiem dicebat. Erubef-
cat humana pigritia, plus uult il-
le dare, quam nos accipere, plus
uult ille misereri, quam nos a mi-
seria liberari. Tertio, quia sa-
pe plus dat, & melius quam peta-
tur. Exemplum extat Salomonis,
cui petenti solum cor docile ad re-
gendum populum Israel, dedit ei &
dimitias, ut nemo in cunctis terræ
regibus similis sui foret. Vnde D.
Bernardus dicebat. In duabus indu-
bitanter sperare possumus, quoniam
aut dabit quod petimus, aut quod
utilius nobis nouit. Quarto, quia
gratis dat, sine spe remunerationis.
Vnde Iob dicebat: Si iustè egeris
quid donabis ei?

Augus.

3.Reg.2

Bern.

Iob.35.

*Blasfemiae peccatum fu-
giendum est propter
quatuor.*

Primo, fugiendum est propter
penam, qua Dominus legitur
blasfemos punisse. Ecce filius
Mulieris Israelitidis, quem pe-
terat de Ægypto, in filios Israel uir-

Leui.24